

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

---

§. 71. Martini Duncani extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

versitate humaniores literas professus  
 præclaros admodum Discipulos exco-  
 lebat, ex quibus eminuere Bernardus  
 Sandoval, postea Cardinalis, atque  
 Archiepiscopus Toletanus, Ciaconius,  
 & Joannes Austriacus Nothus Caroli V.  
 Filius: præterea Ambrosius Hispaniæ  
 Historiam a Floriano Campensi de Za-  
 mora inchoatam prosecutus illam la-  
 tino sermone edidit, pariterque Tabu-  
 lam Ceberis in patriam linguam tran-  
 stulit, ac latine elucubravit Urbis Cor-  
 dubensis patriæ suæ descriptionem, quæ  
 in secundo tomo Scriptorum Hispanicæ  
 Historiæ unacum Alvarii Cordubæ ope-  
 ribus a Moralesio editis habetur. Cete-  
 rum summam eruditionem pari pietate  
 conjungebat, atque assidua contempla-  
 tione ingens æternitatis desiderium in  
 animo suo fovebat, ac piæ huic exerci-  
 tationi intentus Compluti Anno ætatis  
 suæ septuagesimo septimo animam Deo  
 reddidit.

### §. LXXI.

#### *Martini Duncani extrema.*

Eodem hoc anno die decima sexta *Miraculus*  
 Aprilis Martinus Duncanus Cam- *Elog. Belg.*  
 piduni in Colonensi Diæcesi natus A- *pag. 46.*  
 mersfordiæ in Hollandia mortalitatem *Joan. Her-*  
 exuit: natus is erat Anno Salvatoris *sus in vita*  
*Duncan.*  
 nostri millesimo quingentesimo quinto, *André Bibl.*  
*atque Belg.*

**Sæcul. XVI.** atque in Lovaniensi Universitate studijs  
**A.C. 1590.** operam navans tam in Theologicis,  
quam Philosophicis disciplinis celeberrimum sese reddidit, unde Parochiæ  
cuidam in Hollandia praepositus gregem suum evangelica sollicitudine pa-  
cebat, & residuas temporis horas de-  
bellandis Protestantibus impendebat,  
quos calamo, immotoque fidei studio  
insectabatur, ac saepius cum eis Delphi  
in arenam descendebat, ubi Davidis  
Georgii celeberrimi Anabaptistarum  
Coriphæi deliriis sese vehementer op-  
posuit, atque ex hisce Sectariis quam-  
plurimos ad Ecclesiæ sinum revocavit  
postquam vero hæretici Hollandiam  
suis armis subjecerant, gravissima ab  
eis mala perpeti cogebatur, nihilominus  
semper imperterrita Zelo fidem Ca-  
tholicam propugnat, unde Hayæ De-  
canus nominari merebatur, in qua di-  
gnitate Guilielmo Lindano successerat,  
gravique rationum pondere Magistra-  
tum continuo hortabatur, ut Calvini  
hæresi tum nascenti fortiter sese oppo-  
neret: ast ob fervens suum Religionis  
studium inde expulsus Amstelodamum,  
inde vero Amersfordiam secessit, ubi  
a civibus cum ingenti gaudio excipie-  
batur. Scripsit diversa opera, atque  
inter alia I. librum de vera Christi Ec-  
clesia, II. duos tractatus de Sacrificio  
Missæ,

Missæ, III. tres tractatus de discrimi- Sæcul. XVI.  
A.C. 1590.  
ne, & cultu piarum Imaginum, & il-  
larum, quæ nullam pietatem spirant.

§. LXXII.

*Hieronymi Zanchii interitus.*

**E**x ipsis etiam Protestantibus Theo- Thuan. l. 99.  
logis nonnulli hoc anno decesserunt, Melch.  
atque inter eos præprimis Hieronymus Adam vit.  
Zanchius, Bergomi in Italia natus, qui Script.  
cum Petro Martyre Argentinam auffu- Germ. Labb.  
git. de Script. Hic anno ætatis suæ decimo quin- Eccl.  
to Ordinem Fratrum Eremitarum sancti  
Augustini ingressus in Lucensi Monaste-  
rio agebat, dum Petrus Martyr, qui  
huic cœnobio præerat, ipsum æque, ac  
plures alios hujus Conventus Religio-  
fos Zwinglii veneno infecit, postea vero  
Zanchius hanc sectam Argentinæ pub-  
lice professus est, cum vero Petrus Mar-  
tyr in Angliam abiret, Zanchius An-  
no Christi millesimo quingentesimo quin-  
quagesimo quarto falsam hanc doctri-  
nam primo Argentinæ, & postea apud  
Grifones Clavennæ, demumque Ba-  
sileæ tanquam Professor tradere jube-  
batur, ubi usque ad annum a partu  
Virginis millesimum quingentesim se-  
ptuagesimum octavum subsistens tan-  
dem Spiram contendit, qua tamen urbe  
aliquot post annis relicta Heidelbergæ  
firmam sedem sivebat, qua etiam in  
urbe